Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus
ita erit filius hominis in corde terre. VIII.
.ā. Dixit quidam ad eum ecce mater tua et fratres tui
foris stant querentes loqui tecum. at ille respon
dens dicenti sibi. aut que est mater et fratres
mei et extendens manum in discipulos suos di
cens. ecce mater mea et fratres mei. Ad vesp. A.
.ā. Siquis fecerit uoluntatem patris mei. ipse meus
frater soror et mater est. Fra. V. P. I.
Edificauit abraham altare. et desup
ligna composuit. Cumq; collligasset
ysaac filium suum posuit eum in altari sup
struem lignorum. extenditq; manum. et
arripuit gladium. ut immolaret filium.
ecce angelus dni de celo clamauit dicens.
abraham abraham. Qui respondit. assum.
Dixitq; ei. Non extendas manum tuam
sup puerum. neq; facias illi quicquam. Nunc
cognoui quod timeas dm. et non pepercisti fi
lio tuo unigenito. propter me. II. Leua
uit abraham oculos. uiditq; post tergum
arietem inter uepres hereentem cornibus. Quem
assumens. obtulit holocaustum pro filio.
appellauitq; nomen loci illi dnus uidet.
Unde usq; hodie dicitur in monte dnus uide
bit. III. Vocauit autem angelus dni abra
ham secundo de celo dicens. per memetipsum
iurauit dicit dnus. quia fecisti hanc rem. et
non pepercisti filio tuo unigenito. benedicam
te. et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. et ue
lut arenam que est in litore maris. Posside
bit semen tuum portas inimicorum suorum. et be
nedicentur in semine tuo omnes gentes terre.
quia obedisti uoci mee. Hev. A. O mu
lier magna est fides tua. fiat tibi sicut petis.
Ad vesp. A. Vade mulier semel tibi dix
i. si credideris uidebis mirabilia. Fra. VI. P. I.
Reuersus est abraham ad pueros suos.
abierunt q; bersabee simul. et habi
tauit ibi. His ita gestis. nunciatum est
abraham qd melcha quoq; genuisset
filios nachor fratri suo. hus primoge
nitum. et buz fratrem eius. chamuhel pa
trem syrorum. et cased. et hazau. pheldas
quoq; et iethlaph. ac batuhel. de quo
nata est rebecca. Octo istos genuit mel
cha nachor fratri abraham. II. Con
cubina uero illi nomine roma peperit
thabee et gaom. et thaas. et maacha.
Vixit autem sara centum. uiginti. VII. annis.
et mortua est in ciuitate arbee que est
hebron in terra chanaan. Venitq; abra
ham ut plangeret et fleret eam. III.
Cumq; surrexisset ab officio funeris.
locutus est ad filios heth dicens. Adue
na sum et peregrinus apud uos. Date mi
hi sepulchri uobiscum. ut sepeliam mor
tuum meum. Responderuntq; filii heth. Au
di nos domine. Princeps dei es apud nos. in
electis sepulchris nostris sepeli mortuum
tuum. nullusq; phibere poterit quin in
monumento eius sepelias mortuum tuum.
.ā. Angelus domini descendit de celo Hev.
mouebat aquam et sanabatur unus. VI. Hom
ne non habeo hominem ut cum mota fuerit aqua
mittat me in piscinam. VIII. Qui me sa